

Etos & justos, eos interficiens gladio, fame & peste, ac bestiis terræ, ejus fessor, est mors spiritalis multa paleata militia degens per quatuor orbis partes,

32. Duo felices duo in fausti. Ecce isti sunt quatuor equi, quatuor scilicet principatus, Evangelicus, secularis, Ecclesiasticus, & infernalis, ex his quatuor equis duo sunt fausti primus & tertius; duo in fausti secundus, & quartus, duo salutes, duo perniciosi, de quibus multa infra dicam secundum suas circumstantias, de unoquoque peculiariter fuerit sermo.

33. Per hos quatuor equos dum suis fessoribus significatur universus mundi cursus à Christo usque ad finem mundi; ideo ex quatuor primis sigillis quatuor tantum prodeunt equi, sequitur sigillum quintum in quo apparent animæ per tot sæcula expositantes vindictam pro suo sanguine. Deinde aperitur sextum sigillum, in quo videntur ea, quæ ad finem mundi spectant. Septimum sigillum continet multa bella cum mundo, diabolo, ac externis hostibus Ecclesiæ, multaque plagas à Deo inflictas, ob tam gravia delicta.

QUESTIO III.

Quare primum animal aperit primum sigillum, ex quo prodit equus albus, & quid ipse equus significet?

34. Cur Leo aperit primum sigillum.

Vox Evangelii exterruit omnes seculi.

Marc. 16.

35. Rupert. Ribeira. Christi corpus. D. Ambr.

Origen. D. Hieron.

Alcazar.

Hoc primum sigillum aperit primum animal, quod ut patet ex cap. 4. num. 7. est Leo, & attribuitur D. Marco. Ribeira hoc refert ad ea, quæ facta sunt cum Sanctus Marcus in Leone significatus Evangelium scriberet, sed quæ sint ista, non apparet, nec quæ connexionem habeant cum equo albo. Alcazar juxta suam sententiam talarum superiorum quæst. accommodat primo spiritui divinæ providentiæ quem dicit esse virtutem, seu fortitudinem, sed hic non est sermo de virtute Dei, sed de virtute Evangelii exeuntis in mundum. Et ideo genuinè dicimus quod sicut Leo sua voce cæteras feras exterruit; Ita vox Evangelii exterruit omnes seculas, eaque tantum perterrefactas bestias compulit in speluncas; ut factum vidimus in idololatria, quæ jam est exterminata ad ultimas orbis partes; ac de multis aliis hæresibus, quæ feruntur extortæ, & bene hic Leo tribuitur, D. Marco, qui in fine sui Evangelii habet illud Domini. Euntes in mundum universum predicate Evangelium omni creatura. c. ultimo n. 15. quod per modum imperii fuit dictum, ut vox Evangelii tanquam vox Leonis in toto orbe infonaret.

Ex primo hoc sigillo prodit equus albus, per quem Rupert & Ribeira interpretantur copus Christi, purum, & innocens sine ulla labe peccati, & pro hac sententia videntur stare D. Ambrosius. in illud Psalm. 40. Magnificavit, ad hunc sensum explicat illud Apocal. 19. Vidi caelum apertum, & ecce equus albus. Et Origen. hom. 2. in Cantica in illud Equitatus meo. Et D. Hieron. in illud Isai 66. & annuntiant gloriam meam. Alcazar Annot. 3. ait. colorem album spectare debere ad salutarem captivitatem intellectus;

rusum ad strenuam mentis audaciam. Sed captivitas melius significatur per nigrum, quàm per album; sicut & ardor mentis potius per rubeum.

36. Communis ergo resolutio est; per equum album denotari Apostolos, prædicatoresque Evangelicos, quorum fessor est Christus Dominus à quibus portatur per totum orbem, de his omnibus dictum est Habac. 3. n. 8. Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tue salvatio. In se portant Christum ejusque salutarem doctrinam, & inde plures salvant; cui etiam consonat illud Origen. hom. 2. in illud Cant. Equitatus meo, in curribus Pharaonis assimilavi te, &c. Beata sunt illa anima, qua dorsum suum curvaverunt, ut suscipiant Verbum Dei, & fræna ejus patiuntur, ut quocumque ille voluerit, stectat eos, & agat habenas præceptorum suorum Dominus ergo qui ambulat per pennas ventorum, qui sedet super Cherubim, & Seraphim, super hos equos sedet, & ambulat; qui tanto honore sunt digni, cum Christum prædicent, & annuntient.

37. Albert. Symbolo autem equi multis de causis optime quadrat prædicatoris munus, ut ex Alberto Magno, & aliis sic in præfenti colligo. Primò, quia sunt valde fortes, generosi, & impavidi. Job. 39. n. 19. Nunquid præbebis equo fortitudinem. Secundò habet validum hinnitus, qui collo ejus cohiberi non valet. Ibidem Job Tertio, quia valde obedientes, & ad omnem equitantis nutum mobiles. Quarto calcarium sensum facile perferentes. Quintò fræni patientes Sextò pro hospitate, ac gloriæ equitis pugnares. Septimò ad cursum, ac pugnam acres, & veloces [leniores pardis equi ejus, & velociores lupis vespertinis] Habac. 1. n. 8.

Sic & Prædicator sit fortis, & generosus, hinnitus id est vocem Prædicationis extollat, ut à nullo alligari valeat, obediens sit divinis mandatis, ad nutum supernæ inspirationis moveatur, patiens sit in omni labore. Psalm. 91. n. 16. Bene patientes erunt, ut annuntient & veloces tanquam columbæ non querunt propriam gloriam, sed ejus qui milit eos.

38. Hi autem equi omnes albi sunt, quorum fessor est Dominus, sed quomodo hic in equo albo eum apud Zachariam in equo sanguine ostentat, cap. 1. num. 8. Ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, &c. Cur qui albedine gaudet, albi que stolis donat domesticos suos, modò totus rubeus, & sanguineus, sanguinolentique sociis stipatus appareret? Veniebat Dominus modò captivum populum apud Babylonicos consolaturus, captivitatibus dolor, & afflictio nulla ex parte poterat melius levare ac mitigari, quàm præposito, & adorato effuso salvatoris sanguine; pro quo favet D. Hieron. dicens. Qui nunc captivos populo rufus ostenditur, in Apocalypsi in candidis vestibus, & in candido equo sedere de scribitur. Quæ captivitas quis dolor, quæ mors non sustineatur, ubi Jesus ob oculos ponitur sanguine madidus; Ubi Jesu commilitones videntur tincti sanguine? Jesus equum rufum ascendit, post Jesum que rufi plurimi. Post Jesum ascendentem super equum rufum, necesse jam erat similes equos apparari, non enim poterant deficere innumeris Martyres, qui velint similitet equitare. Sanguis Jesus effusus vehemens aculeus est, ut & nos similiter

36.

Habac. 3.

Origen.

Varia pro prietas equi

37.

Job. 39.

Varia proprietates equi.

Habac. 1.

Evangelii Prædicatores Christi equi.

Psalm. 92.

38.

Zach. 2.

D. Hieron.

Labor & sudor à Jesu susceptus, à nobis a vide amplexandus.

D. Cypri.

40. Puritas, ac innocencia Prædicatorii. Richard.

1. Cor. 2.

41.

Isai. 52.

Prelatus suam justitiam, ac sinceritatem manifestat. Job. 19. D. Thom.

42.

Sap. 3.

Sipontinus.

Carthul.

Justitia, ac sinceritas Principis in omnium oculis.

similiter sanguinem effundamus. D. Cyprianus ad Martyrem sic fatur, Si justus es, & Deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis; quem pro te coram patre esse cognoscis? In Isaias scilicet, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Joseph venditus, in homine crucifixus. Ad mitigandos labores suorum in captivitate, in equo rubro apparet ad ostendendam puritatem suorum prædicatorum, in equo albo se se ostentat; variis equis utitur, prout res, & occasio postulat.

Equi ergo albi hic apparent pro indicando candore innocentie, puritatis, & sanctimonie, ac sinceritatis Apostolorum, ac prædicatorum Evangelii. Richard. Victorin. Equus albus, ait, est primitivorum electorum numerus ab omnibus pariter peccatis in unda baptismatis purificatus. Et donis spiritibus super nivem dealbatus, qui Christum in primitivis recenter natis Prædicatoribus fessorem habuit, & eum ad mittenda jacula Prædicationis per mundum circumtulit. De hac puritate, ac sinceritate Prædicatorum Apostolorum loquens Paulus ait 2. Cor. 2. n. 17. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes Verbum Dei: sed ex sinceritate: sed sicut ex Deo sic coram in Christo loquimur.

Deinde tales equi, seu Prædicatores, sunt albi, quia portant læta, fausta ac jucunda, pacis, & salutis. Isai. 52. num. 7. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, &c. Album, signum est pacis, salutis, felicitatis, ac etiam victoriae, quæ obtinenda erat, & ideo exiit vincens, ut vinceret. Quod satis notum est; pacem ergo ac salutem; quam gestabant in corde ac ore, externis signis, externoque apparatu indicabant, ac demonstrabant; de se dicebat Job. 19. n. 14. Justitia indutus sum, & vestivi me sicus vestimento. Quæ sic explicat D. Thom. In omnibus processibus meis justitia apparuit. In omnibus ejus actionibus, ac operibus valde testata, ac manifestata erat rectitudo, ac sinceritas animi illius; quocumque enim ipse se verteret, ejus rectitudo, ac animi candor manifestabatur.

De supremo, creaturarum Principe scilicet Filio Dei dicitur Sapient. 5. num. 19. Induet pro nobis justitiam; & accipiet pro galea, judicium. Et cur justitia ac judicium summi Principis comparatur cum thorace ac galea? sicut thorax, sicut lorica, ut ex evidentia, ac experientia constat, protegit peccatis, & cor à sagitta, ac lança irruente, sic cum tanta evidentia justitia cordis ejus expellebat omnes effectus amoris, ac odii, & sicut galea caput tœtetur ab ictu omnis gladii, sic integrum judicium mentem ejus illæsam servabat, ab omni corruptionis vulnere; & cum multa emphasi dicitur judicium certum. Nam certum: teste Sipontino, derivatur à cerno, quod significat videre, tam integrum, & illibatam erat judicium ejus, ut nullus auderet aliquid contradicere, aut mustitare. Carthulian. Tam evidenter, ait, justum exercebit judicium, quòd nullus poterit reclamare, omnesque scient rectissimum illud esse. Ex quo nobis fit documentum, quod ut vestes, quibus Princeps ornatur, evidentissimè omnium oculis exponitur; nec ullus est, qui de eorum dubitet, seu coloribus, seu pretiis; sic mentis sinceritas, & puritas in Principe in omnium eluceat oculis, ne qua dubium in illis ostendatur.

Veniunt omnes tribus ad Davidem, ut eum constituent Regem, à quibus ille querit, an veniant pacificè; vel in dolo; pro omnibus loquitur Amasai, & ait sacer textus Paral. 1. cap. 12. n. 18. Spiritus vero induit Amasai Principem inter triginta, & ait: tui sumus o David Maximè ponderandus est iste novus modus loquendi: Spiritus Domini induit Amasai Principem. Communis phrasia Scripturæ est, quod Spiritus Domini irruat, aut veniat in aliquem aut fiat in illum scilicet Prophetam; cur ergo simili modo non dicitur venisse in Amasai, sed scribitur, cum induisse? Amasai Princeps erat inter triginta, proindeque sic interna animi ejus sinceritas, ac justitia à Divino Spiritu proveniens debuit exterius manifestari, ut illa videretur undique circumdatus, ac ornatus, ut vestes componunt, ac exornant, ut de illius integritate nullus dubitandi esset locus.

QUESTIO IV.

Quare Christus sedens super equum album portat arcum in manu?

Hic se offert, ait Pannon. Magnum mysterium, portant illi Christum. Et ipse Christus judicis jacula mittit per eos; illi enim sunt, per quos divulgavit judicium suum, mittens jacula sua per eosdem. Viri Apostolici significati in equo albo, Christum portant, & annuntiant, per eosque terrores, ac jacula judicii mittit, ut fugiamus à facie arcus, ac liberentur dilecti ejus.

Quidnam significet iste arcus est tota questio. Viegas interpretatur pro supplicio, quo usus est in subditos Cæsar Caligula Imperator. Sed quid Caligula ignavissimus, & turpissimus homo potest habere cum tam inclyto fessore. Alcazar insistentis in sua sententia de virtutibus divinæ providentiæ, ait, quod fessor in equo albo, sit fides, arcus verò vis, ac efficacia ipsius fidei, quæ hominum corda vulnerat.

Communis sententia est, quod fessor iste in præfenti sit Christus Dominus, ideo in hac consideratione inquirendum est quid sit iste arcus, de quo hic fit mentio, cum nulla de sagittis fiat, & valde diversimodè Text. loquitur de arcu, ac corona, nam corona dicitur ei data non sic vedò arcus; sed quod illum habeat in manu.

Primò, Alphonsus Paleor cap. 15. sacræ Synodis existimat hunc arcum in manibus Christifessore esse ejus crucem; de qua ait Habac. Cornua in manibus ejus. Sic ait cit. Auctor. Ex hoc arcu contortum illud fuit speculum, quod quò magis intentum est, eo validiore cum iclu antiqui Goliath frontem percussit. Per Crucem Christus devicit, ac debellavit mundum, & Principem tenebrarum, & ideo hic fessor gestat coronam in capite in signum victoriae, quia Christus per crucem vincit, & triumphat.

Secunda sententia, & satis communis, quam tenent Ansbertus, Beda, & alii citandi; tenet quod arcu significetur, sacræ Scripturæ, ex qua tot prodeunt sagittarum jacula, quod sunt testamentorum eloquia, istis enim sagittis ab arcu Dei emissis terrena corda transfigurantur, ut

45.

Justitia Principis apparet ut vestimentum ejus.

46.

Pannon.

47.

Viegas.

Alcazar.

48.

Paleor.

Habac. 3.

49.

Christus per crucem vincit, & triumphat.

50.

Ansbertus.

Beda.

51.

saeculi cupiditatis, in cornu, & inde Deo vivant. Unde D. Gregorius lib. 19. Moral. cap. 8. contendit in chorda hujus arcus testamentum novum, in cornu vero veteris significari; sed curvetas in cornu, novum in chorda significatur & non potius e contra, dum chorda trahitur, cornu curvatur & flectitur, sic in hoc arcu Scripturarum per testamentum novum rigor, ac duritia, veteris flexa, ac edomita est, sic ait S. Greg. cit. Ad ejus nempe sacri eloqui spiritualia, & blanda praecepta illius literae, se rigor inclinatur, quia testamentum novum dum quasi quodam bona operationis brachio trahitur, in testimonio veteris severitatis jura subsistunt, nec indecenter dicimus chordam testimonio novo congruere, quod de incarnatione Dominica est certum extitisse: Quasi ergo chorda trahitur, & cornu curvatur, quia dum in testimonio novo Incarnatio mediatoris agnoscitur, ad spirituale intelligentiam rigor testamenti veteris inclinatur.

Duritia veteris testamenti in novo emollitur.

D. Gregor.

49. H. yno.

Christus vulnerat ut sanet.

50. Verbum eloqui sacri transfigit corde fidelium. Primaf. Psalm. 44.

Victor.

51. Praedicator quod dicit ore, compleat opere. S. Anton.

S. Anton. Paduan.

52. Arcu mystica vita Christi, quae nostra coram transfigunt.

Plac. 3.

bac. Cornua in manibus eius. Demum arcus est resurrectio juxta illud ejusdem Prophetae. Suscitans suscitabis arcum tuum. Cum ergo omnis vis & energia Praedicationis Christi, proveniat, à mysterio Incarnationis Christi, Passionis, & resurrectionis, quae nimirum vim habent, & aptae sunt jaculari sagittas fidei potententiae, & amoris, ideo arcus sunt. Et haec omnes sententiae suam habent probabilitatem.

Dico ergo quod hic arcus in praesenti significat vim, ac efficaciam eloqui divini, quod ex se mittit sagittas acutas fidei, amoris Dei, poenitentiae peccatorum, ac mundi contemptus. Omnes praedictae sententiae ad hunc scopum tendunt; nam crux Christi praedicta, mysteria ejus vitae, ac verba Scripturae annuntiata per vocem Praedicatoris talem vim habent ad has sagittas mittendas, & ideo quamvis corona gloriae dicatur ei data à Patre, qui eum sublimavit in gloria, non sic verò hic arcus, seu efficacia eloqui, quia hanc habet ex se, cum sit verus Deus, & homo; & non fuit necessarium exprimere sagittas, quia hic arcus, seu efficacia Verbi Divini has secum involvit, & supponit. Vox Domini confringens cedros, & confringens Psalm. 28. Dominus cedros Libani. Psalm. 28. 8. Homines olim erant valde superbi, & elati, ut leones, tigres, ac lupi rapaces. Has omnes inmanissimas feras ipse caelestis canis in mansuetos homines transformavit. Ait Clemens Alexandrinus in exhortatione ad gentes.

53. Vox Dei valde efficax ad convertendos homines.

Psalm. 28.

Clem. Alex.

54.

Dan. 7.

Una vox Dei sonans super voces hominum omnium.

Theodor.

55. Psalm. 28. D. Basil.

Ad persuadendam adorationem suae statuae, ingentem multitudinem musicorum, ac instrumentorum congregavit Nabuchodonosor Rex. In hora, qua audiveritis sonitum tubae, & fistulae, & cytharae, Sambuae, & psalterii, & symphoniae, & universi generis musicorum cadentes adorare statuam auream. Daniel. 3. n. 5. quorum omnium vox erat ut Nabuchodonosorem tanquam Deum extollerent, & celebrarent; At in fornace ignis una tantum erat trium puerorum vox, quae Deum benedicebat. Unde sic loquitur Theodoret. orat. 3. Optimam suam Symphoniam, & admirabilem hymnorum cantum concertui illi, qui statua adhibebatur apponunt. Ecce hinc circa statuam auream universi erant chori, tota musices harmonia, & dulcissima modulatio: Illinc verò in fornace ardenti tantum tres pueri contemptibiles Deum laudantes, & tamen Rex superbius ab his tribus devincitur, ut contempta statua, obstupescens de folio suo surgens, & exclamet Benedixit Deus Sadrach, Misach, & Abdenago. Daniel. 3. n. 95. unde illa vox trium puerorum tam efficax extitit, ut tantum praevaleret? Vox illa puerorum, vox erat Dei & ideo potentior super omnes voces universi generis musicorum, ac instrumentorum rubrae & fistulae, & citharae. Tam potens est una vox Dei ut etiam valeret in corde superbissimi hominis insinuare, & ingerere humilitatem contra voces omnium musicorum, ac instrumentorum, quae elationem, ac vanitatem ei persuadebant; hac depulsa ad abjectionem se se demitteret coram Deo cit. Theodoret. Tali fuit, ait, hoc Sanctorum hymnus, ut cum aggressus & immem pertulisset Regem, obstupescens è throno regio surrexit, & que uliro currere festinavit.

Dices. Si arcus est Symbolum Praedicationis Verbi Dei, cur apparet in manu, & non potius in ore, ut se manifestavit ille gladius, cap. 1. ut insinuetur quod conclonator exerceat opere id, quod ore praedicat S. Anton. 1. p. histor. tract. 6. cap. 1. Qui sedebat super eum, ait, scilicet Christus habebat arcum in manu, id est: verbum Praedicationis in manu, scilicet operationis, quia cepit Jesus facere & docere: & sic etiam Apostoli quod praedicabant verbo, exemplo servabant. Ex quo infert D. Antonius Paduan. in Apocalypf. Quod hodie Praedicator non vincunt, quia arcum, id est Scripturam non portant in manibus, id est in operibus, sed in ore. Vide multa in Indice, verbo Praedicator.

Quarta sententia, quam tenet Ferrarius affirmat, quod isti arcus sunt praecipua mysteria vite Christi, scilicet ejus Incarnatio, ejus duo cornua, sive capita sunt divina, & humana natura ad invicem una eademque; chorda personae verbi copulata. Passio quoque Christi arcus fuit cum Christus scilicet in cruce fixus manibus, quasi utrumque arcus cornu tenuit, de quo Ha-

& absolvens cervo. Ac si ea sit divina lingua vis cui nulla vincula, nullumque possit resistere ligamen. Omnia absolvit, omnesque difficultates rumpit, & revelavit condensam. Seu ut legit Divus Augustinus Condensa sylvarum. Quamvis cervo sis velocior, & expeditior ad sagittas fugiendas, etsi undique te rupes, ac montium cacumina teneant; etsi ex omni parte densissima se offerant sylvae, quae te invictum morari faciant; si tamen Dei vox tuis personet in auribus; statim vincula rumpuntur, sylvae praecedunt, omnibusque assumptis impedimentis, te difficultatibus superiorem, & caelis viciniorem facit, ad hoc respicit Gillibertus Abbas serm. 14. in Cantica. Vox Domini, ait, vox intima inspirationis mentis, auribus suaviter illapsa; Illa est ungue, quae cervos hujusmodi praeparat; quae revelat condensam; nam si qua condensam sunt, & crebris scandalorum, quasi spinarum aculeis obsista, illis condensam non sunt, quorum Dominus perficit pedes quasi cervorum, qui nullo injuriam obice tardari possunt.

D. August. Nulla industra, aut jus valet r. s. sive dicino verbo.

Gillibertus.

56. Viegas.

Ribeira.

Psalm. 8.

Alcazar.

57. Corona honor exhibitus à Patre.

Joan. 12.

Hebr. 2.

58.

Habacuc. 3.

QUESTIO V.

Quare tantum huic sessori in equo albo datur corona?

Viegas quamvis hunc equum album, ac equitem de Imperio Romano à Caligula interpretetur, coronam tamen hanc ad Christum refert, ac consequenter ad sua dicta, ipse videat; Ribeira verò ad coronam, qua coronatus est ascendens in caelum, juxta illud Psalm. 8. Gloria & honore coronasti eum. Alcazar verò contendit coronam, pro victoria accipi, sic ait, est certissima phraus quae victoria appellari solet corona. At nihil cogit, ut confundamus coronam cum victoria, cum proprie corona non sit victoria, sed fructus, & praemium victoriae, & non ipsa victoria.

Cum tamen juxta communem sententiam teneamus hunc sessorum in equo albo esse Christum Dominum, dicimus ergo quod ista corona, gloria & honor, est ei exhibitus à Patre pro merito, redemptione, ac conversione totius mundi; nam cum per Passionem, & mortem, diabolus debellasset apud Patrem coronatus est gloria, & honore ob diabolum ex toto orbe profligatum, & ob mundum ad Patrem conversum, & adductum, juxta illud Joan. 12. n. 31. Nunc judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras; & iterum; & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: De hac corona gloriae loquitur Paulus Hebr. 2. n. 9. Vidimus Jesum propter Passionem mortis, gloriae & honore coronatum.

Et cum dicat textus. Data est ei corona & exivit vincens ut vinceret, potest referti quod quando exivit à Patre, & venit in mundum per Virginis uterum, tunc jam diabolum vincebat juxta illud Habacuc. 3. n. 5. Ante faciem ejus ibit mors, & egredietur Diabolus ante pedes ejus. Et tunc id, quod proximè faciendum ita certum erat fore, ac si jam penitus esset factum, & coronam Passionis exaltatum; at verò si referatur ad Resurrectionem, qui tunc triumphavit de morte, ac Diabolo, dicitur quod adhuc in Apocalypf. Tom. 1.

vincet per suos Apostolos, ac Praedicatores Evangelicos; de qua seq.

Secundò, hanc coronam explicat Rupertus, quod maximè infervit ad morale sensum, ait ipse. Deus est illi corona, id est sancta in duodecim Apostolis Ecclesia primitiva; unde est illud Psalm. 20. Perfusi in capite ejus coronam de lapide pretioso. Hoc est in initio Praedicationis ejus chorù Apostolorum, qui utique secundum fidem lapides vivi, lapides sunt pretiosi. Tu pater illi dedisti. Et illud Zach. 6. n. 11. Sumas aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Jesu filii Josedech. Quia nimirum per singulas virtutes electorum tuorum Dominus coronatur, imò in illis coronatis salvator coronam accipit, quia ipse est opus omnium Sanctorum corona. Dicitur in text. data est illi coronasti corona gloriae denotari, hanc ipse ab instanti sua conceptionis habet, cum tunc fuerit comprehensor, quoniam corona est haec quae data est ei; Est chorus Sanctorum primitiva Ecclesiae; qui tanti meriti sunt, ut in coronam, Regis Regum, & Domini Dominantium assumpti fuerint, ita ut ipsi eorumque meritis Dominus coronari videatur, Per singulas virtutes electorum suorum Dominus coronatur imò illis coronatis salvator coronam accipit. Vide supra c. 5. q. 26. n. 42. 243. 244. & 245.

59. Rupertus.

Psalm. 20.

Zachar. 6.

Sancti corona sunt Christi, eorumque meritis coronatur ipse.

60.

D. Bernard. Christus multiplex corona redimimus.

61. Aretas. Primaf. Ansbertus.

62. Christus in Eucharistia triumphans in summo opere.

Lyranus